



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Præparatio ad preces. 174

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

173 Horis interdiu singulis, animū consuerat colligere, ac sepositis curis examine conscientiam vrgerē. Tum si vis afferretur, quæ horam ei consuetudini negasset, proxima confestim resarcire: Etsi nunquam ille quidē externis laboribus ad eū se impendit, vt interioris gaudij sensa amitterētur.

Quin potius assuefecit se, presens numen quibusuis in rebus spectare: atq; ibi, velut in commentario, cælestia legere: & inde se aliosque optimis præceptionibus erudire. Quem precandi modum vtilissimum rebarur: ijs præcipuè, quos pia quidem, ceterum humana negotia intentos haberēt. 174 Prius autem, quam ad diuina meditanda accederet, solebat parare seipse, atque omnem animum cōponere: eo cum ardore, qui per faciem diffusus, extima quoque inflammaret. Et quantulacunq;
ca

ea essent, quæ ad hanc DEI familiaritatem valebant: principe studio persequebatur: vt crederes eum DEO presenti assistere. Quod tum videre omnibus licebat: quoties discumbendum, aut à mensa recedendum cum precibus erat. Interea nullo strepitu quies precantis turbabatur, nisi cuius ipse causam præbuisset. A Iacobo quondam Lainefio interrogatus, super modo precandi: respondit: In cælestibus meditando AGERE verius quam AGERE. Quod absolutissimæ virtutis fastigium esse Theorici ascetæ tradunt. Nam in eum modum, Dionysius olim Hierotheum ait DIVINA PATI solitasse.

175 Sed præter alia inuitabatur ad hoc studium, magnis cælestium rerum ostentis. Nam in primo morbi discrimine, S. Petrum iucundissimi spectaculi pro-
cœnium